



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 9. De primo ex tribu Iuda rege.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

**N** illo tempore mortuo Heli sacerdote Hebræorum, Samuel prophetabat; & Saul regnauit annis **XL.** In illo tempore Silvius Latinorum Rex Æneus filius, à quo omnes Albanorum Reges Siluij, vocati sunt. Hebræorum Rex primus ex tribu Iuda Dauid annis **xii.** Hebræorum tunc Pontifex Abiathar clarus habebatur. Latinus Silvius regnauit annis **I.** Hebræorum filius Dauid Salomon regnauit annis **XL.** Salomon templum in Ierosolymis ædificare cœpit, consummavit annis **septem.**

*Caput 9.**De primo ex  
tribulada rege*

**C**arthago tempore Salomonis à Lacedæmonijs in Africa condita est à rege Zostrato & aliæ urbes plurimæ. Nam & Carthago ab Arcedone Tyrio, ut vero alij, à Dido filia eius annis **CXLIV.** expleta fuisse refertur.

*Caput 10.**De Carthagi-  
ne &c.*

Colligitur autem omne tempus. **A** Moysè & egressu Israël secundum tertium librum regnum vñq; ad Salomonem & ædificationem tépli computantur an. **coccclxxx.** Ad diluio vñq; ad Moysen anni **III.** millia **coccclxxxviii.** Ab Adam vñq; ad diluuum anni duo millia **CCXLII.** Simul omnes anni quatuor millia **CXLVIII.**

*Caput 11.**De regibus He-  
bræorum &  
Latinorum.*

**S**alomon Rex Hebræorum regnauit annis **XL.** Sacerdos Sadoch tunc fuit. Post Salomonem Roboam anni **xvi.** Post mortem Salomonis seditione orta in gente Iudæa, regno bifariam diuiso in Samaria decem tribus regnauit Ieroboam. Latinorum Alba Silvius regnauit an. **xxxviiii.** Roboam filius Salomonis regnauit Hierosolymis duas tribus tantum, quæ vocantur Iudæorum, quia ex Iudæ stirpe descenderunt.

Vnde